



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ethicæ Doctrinæ Elementa, Et Enarratio Libri quinti  
Ethicorum**

**Melanchthon, Philipp**

**Witebergæ, 1583**

**VD16 ZV 20638**

Vtrum præscriptione acquiratur dominium, & an coram Deo iustè  
teneantur res, quarum domini sumus præscriptione?

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56560](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56560)

rant domino, etiam si non norunt ea, quae sciri ipsos ne quidem possibile est. Sicut Eteocles seruum ob iurgat, multa sciscit antem de bello. Et respondet seruus: Taceo, & patiens feram, quod est fatale. Haec plerumq; est vox populi ignorantis fontem negotiorum qui hac excusatione contentus sit, quod regula perspicua obtemperandum sit.

Ac sapiens antiquitas bene consulit communi paci, & conscientijs possidentium, quia in compositionibus sanxit obliuionem iniuriarum. Vtrinque consensit, ne possessores ex occupatis fundis exciperentur. Ita, addiderunt in compositionibus, <sup>EX OCTIS & EX DOR.</sup> Item: <sup>U. H. U. V. S. T. I. C. E. T. P.</sup> Sicut senatus Romae decretum fecit Iulio interfecto, & olim Attica ciuitas, recuperata a Thersibulo, Haec decreta & paci proderant, & ostendebant conscientijs ista compositione postea res occupatas iuste retineri.

Vtrum praescriptione acquiratur dominium, & an coram Deo iuste teneantur res, quarum domini sumus praescriptione?

Respondeo: Cum dominia varijs occasionibus transferantur, vel bellis, vel contractibus, vel fortuitis occupationibus concessis, nec semper causae sint perspicuae, quomodo prima translatio facta sit, lex consulit paci, vt sit finis litium, & satis

in certum tempus intra quod si non sit repetitio, postea non dat actionem, & affirmat hunc possessorem bonæ fidei & longi temporis, verè esse dominum, & non excutiendum esse.

Hinc nomen est Præscriptio, Græcis *προσθεσιμὴ κρίσις*, quia legibus præfinitum est tempus, intra quod fieri debet repetitio. Vt cū ille dixisset, tantū se terræ vendere, quantum includi in pellem tauri possit, iste postea secūta pelle tauri magnam regionem occupavit. Successerunt posterī, quæstio est an iustè teneant.

Deniq; maxima pars hominum dubitaret, an istæ res suas possideret si procul quærendæ essent causa translationis. Ideo sapienter sancita est præscriptio, & constitutum, ne procul quærantur res, sed ut legem & nostram conscientiam spectemus.

Et hic primum regula tenenda est: Quod cui attribuit lex, vera autoritate condita, id iustè tenet, etiam Deo approbante, quia Deus approbat politicas ordinationes probabili ratione factas. Itaq; coram Deo bona conscientia iustè possidet tuam tunicam, etiamsi non scis, quomodo laqueus ad eum peruenerit, qui fecit pannum.

Hæc doctrina & consolatio bonis mentibus necessaria est, quæ si ignota esset, conscientia magis dubitationibus excruciantur.

Sed dicet aliquis: Quomodo potest mihi res  
 M aliena

aliena attribui, non assentiente domino? Respon-  
 deo: Cum priuatus dominus suas res negligit, lex  
 fit talium rerum domina, sicut Deus inquit: Ter-  
 ra mea est. Cum igitur lex sciat, oportere finem  
 esse litium, & singulos scire oportere an suarum  
 rerum domini sint, & iusti possessores, consulit  
 communi paci, & conscientia possidentium. Alio-  
 qui enim quisquis vellet, qualicunq; prae-  
 turbaret veterem possessorem, vt tamen saepe fieri  
 videmus. Haec cum ita lex sanxit Deus appro-  
 bat, & non dubium est, praescriptione & acquiriti  
 dominia, & res iuste possideri bona conscientia.

Responsio  
 ad 7. q. 1. c. 1.

### DE METIS PRAESCRIPTIONIS.

Sed leges scriptae circumdant metas praescri-  
 ptioni, vbi valeat, quae si violentur, non recte ad  
 commodatur nomen praescriptionis. Vt si quis al-  
 terius vxorem, etiam ignorans habeat, nequam  
 quam excusare scelus nomine praescriptionis po-  
 test. Usitatum est autem in aliquibus malis, con-  
 suetudine & diuturnitate temporis excusare pec-  
 cata, vt nunc multi excusant profanationes Mis-  
 sae & alios vitiosos cultus. Sed aeterna & immota  
 regula tenenda est: Peccata non excusat diu-  
 turnitas temporis, vt Ezech. 20. dicitur: In  
 praecipis patrum vestrorum nolite ambulare.  
 Ego Dominus Deus vester, In praecipis meis  
 ambulate. *Th. Thom. 7. c. 1. p. 101.* Sciens